

.lxxviii. DE OFFICIO MISAE ET MISTERIO ATQUE ORATIONI
BUS CANONICORUM HORARUM SERMO RABANI MAURI .

Officium quidem missę magna ex parte ad solum pertinet
sacerdotem . cui sacrificandi data est licentia et ueneran
da misteria consecrare . et ideo sacerdotes procurrent mag
nópere . ut sine prius innocentes . mansueti . sobrii et
humiles . Deinde cum casto corpore et mundo corde
peraccedant ad benedicendum dei sacrificium . conseruantes
/159v/ semper munditiam cordis et corporis . ne irritam faciant consecra
tionem quam in manibus cum magna promissione susceperunt .
nec ab huius umquam unctionis dignitatibus degenerent .
et oblationes quas in sacrificio deo offerant . a semetipsis .
aut á discipulis ab eis bene eruditis nitide ac studiose
preparentur . Et diligenter obseruetur ; ut panis et uinum et aqua
sine quibus nequaquam misae celebrantur pura et munda
fiant . quia si aliter agatur . non solum ab altare domini et a conuiuio
sanctorum separabuntur . sed etiam cum his qui a coetum cum felle mixtum
obtulerunt domino in passione crucis . nisi cito¹ de his neg
legentiis uera poenitentia ante exitum uite subuenerit
punientur . Haec modo de his dixisse sufficiat . sed quia his
istud pro sui reuerentia et dignitate primo loco positum
est . De caeteris officiis diurnalium siue nocturnalium
horarum . quibus certis spatiorum terminis preces et orationes
generaliter sine differentia uniuersa domino offerre decet
ecclesia . exequenter exponamus . Orare enim petitio
orare petere est . sicut exorare impetrare . constat autem
oratio loco et tempore loco . sine quo utique in publico
siue in plateis more farisaeorum orare a christo prohibemur .

¹ cito] *corr. from coet*

sed ubi oportunitas dederit aut necessitas coegerit .
neque enim huic illud apostoli contrarium est . uolo inquit uiros
orare in omni loco . Leuantes puras manus sine ira et dis
temptatione et sine morum macula . neque illud psalmis
te quo dicit . In omni loco dominationes eius . benedic
anima mea dominum . Sed hec ad interna respectant .
quibus semper deum orare et benedicere oportet . Ille ergo
in omni loco orat deum . qui per caritatis officia et bona
/160r/ opera . ubique manus cordis mundas eleuare ad deum satagi
Tempore autem quo canonicas horas ad horandum a patribus
constitutas incessanter seruat ecclesia . quas quasi pro debito
exorandi officio statutas . nullomodo neglegere fas est .
ut sunt . prima . tertia . sexta . nona . uespera . et cetera .
que similiter obseruantur . Nec enim illud hanc constitui
onem confundit . quod psalmista dicit . Benedicam dominum
in omni tempore . semper laus eius in ore meo . Et apostolus sine
intermissione inquit orate . Benedicere enim dominum in omni
tempore est . semper illum digna conuersatione laudare . et sine
intermissione orare est . omnia in gloriam dei agere . Sicut dicit
idem apostolus . Siue enim manducatis siue bibitis siue aliud
quid facitis . omnia in gloriam dei facite . supradicta enim hora .
Ideo specialiter adorandum discreti sunt . Vt si forte aliquo
fuerimus opere ditenti . Ipsud nos ad officium tempus ammo
neat . que tempora in scripturis diuinis prestituta inue
niuntur . Nam in ueteri testamento sacerdotibus preceptum
est . cotidie . mane . et uespere . domino adolere incensum .
et dauid dicit . Uespere . mane . et meridie . narrabo et annun
tiabo . et exaudiet uocem meam . Et item . septies in die laudem
dixi tibi . sed et sanctus daniel propheta . tertia et sexta . et nona
hora diei . ad deprecandum dominum ascendit in solarium suum . et ex
pansis manibus ad caelum deum deprecabatur assidue pro se

et populo israel . et ciuitate sancta hierusalem .